Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mens astruxerit. poterit dici illic eum ñ tantum ordinem dispositionū celestiū.
quantum numerum explicare voluisse. maxime cum in uno loco qsdam
tantum enumerarit in alio aut eos quos illic tacuerat. sine aliorum re
petitione explanet. in quo manifestum ē qr si ordinem & numerum attendere
rit. simul omnis in una narrationis serie explicare studuisset. ⁊ si qua
alia ratio ē quę ad hanc obiectionē conuenientē respondere possit.

Lib vi. capli viiē. de seraphin ⁊ cherubin ⁊ thronis.

Postquam ergo enumerauit ordines celestium hierarchiarum nunc de interpretatione & significatione cognominatione tractare incipit. ⁊ primum de his quę in prima sunt hierarchia spiritali. i. seraphyn ⁊ cherubyn & thronis secdm propriam appellationis uirtutem eorum demonstrans. Hunc nos receptum sanctae hierarchiarum ordinem. Hunc i quit ordinem sanctae hierarchiae quem supius diximus nos receptum & approbatum. dicimus consequenter qr omnes celestium intellectuum cognominationes. declarationē habent uniuscuiusq; di formis proprietatis. Omnis enim cognominationes seōr intellectuum. i. spiritualium declarationem habent di formis propriae uniuscuiusq;. Hoc enim unusquisq; ordinis cognominatio declarat qd proprium illi ē & singulare. per excellentiam dom. in dei formitate collatum. Omnis. n. grā addit similitudinē animum reformat. & tam quod in ipsa una forma singulis collatum ē proprium. sicut discretū est innumerare sic discernendum erat in appellatione. Sequit. Et quidem sanctae seraphyn nominationem quę hebrice s̄ ferentes aut incendentes manifestare aut calefacientes. ea ⁊ cherubin multitudinē scientiae aut infusionem sapientiae. Dicimus inquit qr omnis celestium intellectuum cognominationes. declarationem habent unusquisq; de formis propriis. nos dico ferentes nominationem seraphyn. quę seraphyn hebrice st̄. i. hebraice sic appellant manifestare aut incendentes aut calefacientes. tam ⁊ subaudit nominationem q̄ ē cherubin ferentes manifestare multitudinem scientiae aut fusionem sapientiae. ut in ipsa expositione nominum spiritualium declarētur grā donorum. q̄ & si singularia non sint excellentia tam ostant. Pulchre ḡ prima celestium ierar